



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NEDL. TRANSFER



HN 3U8A 5


KPE 2569 (1)


15-03
2




Bought with
 THE INCOME FROM
 THE GIFT OF
 STEPHEN SALISBURY.
 Of Worcester, Mass.
 (Class of 1817.)

*Received 19 March,
 1860.*







HARPOCRATIONIS

LEXICON IN DECEM ORATORES ATTICOS

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII.

TOMUS I.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.LIII.—

1 7 3

~~Bill, 20~~


KPE 2569 (1)
1860, March 19.

1523
32

$$164. + \frac{1}{8} = 4.50$$

Salisbury Fund.

RECEIVED MAR 17 1911



PRÆFATIO.

LEXICI in decem oratores Atticos ab Harpocrate conditi duplex ad nostra tempora pervenit editio, altera si non omni ex parte qualis ab auctore est relicta, certe ei similis, altera a grammatico aliquo ante mille amplius annos in compendium redacta. Operis integri qui adhuc innotuerunt codices recentes omnes sunt et plerique chartacei seculorum quarti quintive decimi, quorum scripturæ diversitatem magna ex parte futilem et inutilem ego ex aliis similibus, ad quos facilis aditus erat, in immensum augere nolui, potuisseque vel eorum quæ attuli plurima prætermittere, nisi curandum fuisset ne instrumentum deesset de indole codicum deque ratione quæ inter singulos intercedit iudicaturis. Librorum igitur qui vel aliis vel mihi ipsi præsto fuerint index hic est.

A. Romanus Bibliothecæ Anglicanæ C. 4. 17, olim Passioneus et S. Sylvestris, chartaceus seculi quarti decimi, forma quadrata, foliis 98. Hic liber, quem totum contulit Bekkerus, etsi vitiis plurimis obsitus, tamen majore quam ullus ceterorum fide dignus est, similis codici ex quo Harpocratem primus edidit Aldus Manutius, cujus editionis quum prope oblitterata memoria esset interpolatis Maussaci, Blancardi Gronoviique editionibus, non raro accidit ut ex codice Angelicano nova protulisse videretur Bekkerus quæ ante tria et quod excurrit secula typis mandaverat Aldus. Numeri, quorum frequentissimus usus est in tot quæ Harpocratio citavit scriptorum operibus, in hoc codice plerumque literis, raro verbis sunt expressi. Eadem fere ceterorum codicum consuetudo est,

qui eo tantum inter se discrepant quod numeris ordinalibus per literas expressis generis casusque nota in aliis vix usquam, in aliis, velut in C., sæpissime adjecta est hoc modo, α^7 vel α^8 , β^8 vel β^9 et quæ sunt reliqua. Similem antiquiorum quam quibus nunc utimur exemplarium inconstantiam fuisse corruptelæ quædam numerorum arguunt ex alterutra scribendi ratione explicandæ.

B. Vaticanus 1362, ex libris Fulvii Ursini, chartaceus seculi quinti decimi, forma maxima, tripertitus, in quo Harpocratonem (fol. 1.—70.) excipit fol. 73. *τοῦ κυροῦ συμεῶν συναγωγὴ πρὸς διαφόρους σημαιομένων σημασίας*, tum ab alia manu fol. 113. *θεοδώρου περὶ μηνῶν*, et fol. 129. *προβλήματα ῥητορικὰ εἰς τὰς στάσεις (ξθ')*. Hic liber, quem ipsum quoque totum contulit Bekkerus, etsi sæpissime cum Angelicano consentit, tamen si universam ejus lectionem spectamus, inferior illo esse reperitur. Rursus utroque aliquanto deterior est

C. Vratislaviensis, gymnasii Magdalenei, chartaceus seculi quinti decimi, qui Harpocratonem oratorum minorum orationibus adjunctum habet, liber valde negligenter scriptus, qui glossas plurimas vel plane omittit vel mutilatas exhibet. Eum primus contulit a. 1813. I. G. Schneiderus Saxo, cujus ex schedis lectionis varietas præfixa est Harpocratonis editioni Lipsiensi a. 1824. vol. 1. p. xliii.—lxxxiv., post Schneiderum Bekkerus. Huic codici omni ex parte similis est quem in Museo Britannico inspexi Burneianus 96. chartaceus seculi quinti decimi, paginis (nam harum, non foliorum numeri adscripti sunt) constans 416. formæ maximæ: qui ipse quoque Harpocratonem (p. 289—416.) oratoribus minoribus adjunctum habet ab alia manu scriptis cum hac subscriptione, *ἐτελειώθη σὺν θεῷ ἐν Φλωρεντία*. Fuit olim Monasterii S. Petri de Perugia.

F. Bibliothecæ Laurentianæ plutei 55, 14, membranceus seculi quinti decimi, foliis 262. formæ maximæ. Post Theodorum de mensibus (fol. 1—42.) sequitur Harpocra-

tio (fol. 43—195.) Reliquam codicis partem implent Georgii Chærobosci, Tryphonis, Manuelis Moschopuli, Gregorii Corinthii aliorumque opuscula, de quibus videndus Bandini Catalogus vol. 2. p. 278. Literam A. cum hoc codice, jam ab J. Gronovio aliquoties memorato, contulit Bekkerus, ex qua apparet boni quod huic libro proprium sit nihil esse, propria vero eum habere peccata multa quæ librarii inscitiam prodant, cujusmodi est quod Demosthenis nomen in δόξης depravatum exhibere solet, de quo dixi s. v. Ἀγνοῦς.

Ejusdem Bibliothecæ est G. plutei 58, 4. chartaceus forma maxima, scriptus ab Michaelè Apostolio. Constat foliis 120, quorum primo inscriptum αὐτῆ ἡ βίβλος ἐστὶν ἁρμονίου τοῦ ἀθηναίου. ἔχει φλονὺς ζ (i. e. φλουρία ἑπτὰ, *florinos septem*, quo pretio emtus liber fuit ab Harmonio.) Post Harpocrationem, qui finitur folio 71. sequuntur octo folia huic codici casu illata (nam sunt membranacea et ab alia manu recentiore scripta), quorum duo ultima vacua sunt, sex priora continent fragmenta Lexici juridici, in quo vocabula Latina Græcis explicantur, velut *condictio furtiva παραγγελία εἶτ' οὖν πρόταξις καὶ ἀπόφασις δικαστικὴ τὰ κλοπιμαῖα ἀπαιτοῦσα*, vel *condictio ad turpem vel injustam causam ἤτοι ἀπαίτησις τῶν δι' αἰσχρὰν ἢ ἄδικον αἰτίαν*. Tum rursus incipit Apostolii manus in *γνώμασις Δημοκράτους* aliisque opusculis, quæ enumeravit Bandini Catal. vol. 2. p. 441. Hujus codicis excerptis ab fratre suo factis usus est Jac. Gronovius, literam Σ totam cum eo contulit Bekkerus, ex qua apparet librum Florentinum cum Vratislaviensi C. ita ubique etiam singularibus in vitis consentire ut recte fecerit Bekkerus, quod totum excutere operæ pretium non duxit. Idem de quinque aliis codicibus dicendum (H.I.K.L.M.) quorum specimina dedit Bekkerus. Eorum H. est Mediolanensis Bibliothecæ Ambrosianæ A. 99. membranaceus forma quadrata collatus ad v. Ἀβαρις—Ἀλκιβιάδης, M. Palatinus Vaticanus 871. ad literam A. Tres reliqui Veneti sunt Mar-

ciani sæculi quinti decimi, et I. quidem, qui olim Bessaronis fuit, numero notatus 443. (in Zanetti Catalogo p. 230.) chartaceus est foliis 82. formæ maximæ, in litera Δ inspectus, L. 490. (in Zanetti Catalogo p. 256.), ipse quoque chartaceus ejusdemque formæ, foliis constans 147. quibus Thomæ Magistri, Joannis Glycæ et Ammonii opuscula continentur (fol. 1.—131.), post quæ sequitur Harpocratonis fragmentum, quod finitur s. v. Διαμαρτυρία. Literas B. et Γ. contulit Bekkerus. Denique K. 444. foliorum 343. formæ quadratæ, quæ a pluribus manibus scripta sunt, quarum antiquissimæ Harpocratonis debentur glossæ ab Ἀβαρις usque ad Βαυβοῦς, recentiori operis pars reliqua usque ad Ὑπωμοσία. Præter Harpocratonem continet Eratosthenis Catasterismos, Pindari Olympia et Pythia aliorumque scripta partim rhetorica partim grammatica, quæ enumeravit Zanetti p. 230. et qui accuratius de hoc codice egit Morellus in Bibl. MS. Græca vol. 1. p. 307—311. Specimina ad Harpocratonis literam A. usque ad v. Ἀλωπεκόννησος ex eo sumsit Bekkerus. Est similis Vratislaviensi C. et Florentino G. et eo tantum memorabilis quod Harpocratonis glossæ non paucæ sunt illatæ ex aliis grammaticis, quarum exempla, inter quæ nonnulla sunt aliunde non cognita, partim Morellus p. 310. partim Bekkerus hæc attulerunt, quæ insertis aliis quibusdam quæ ex aliis codicibus innotuerunt apponimus:

Post pag. 3, 3. ed. nostræ, ἈΒΡΩΝ: κύριον, ὃς ἦν ἀνὴρ πλούσιος καὶ τρυφηλός, ὅθεν καὶ παροιμία “Ἀβρωνος βίος” ἐπὶ τῶν πολυτελῶν. K.

15, 2. ἈΉΤΤΗΤΟΣ: ὁ ἀνίκητος· αἰτίτιος ὁ διὰ πάντα τιμώμενος. C.G.H.

20, 2. ἈΚΤΙΣ ἡ τοῦ ἡλίου λαμπηδὼν, ἐπὶ θηλυκοῦ, ἡ ἀκτὴ δὲ ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης. καὶ ἀκτὴν τὸ δῶρον. B.C.F.H.K.

25, 3. ἈΛΕΪΝ τὸ ἐν τῷ βίῳ ἀλήθειν. Δημοσθένης καὶ Λυσίας ἐχρήσατο. K.

25, 3. ἈΛΕΚΤΡΩΝ: ἐπὶ θήλεος καὶ ἄρρενος λέγεται. καὶ Μέ-

νανδρος “ τὴν ἀλεκτρυόνα μοι δούς ᾤχετο.” ἔστι δὲ παρὰ ποιηταῖς καὶ ἀλεκτορίς ὄνομα. Κ.

25, 3. ἸΑΛΗΤΩΝ: τὸ δυνατὸν ληφθῆναι, καὶ δυσάλωτον το δυσκόλως ἔχον ληφθῆναι. ἸΑΛΗΤΩΝ δὲ τὸ πεπλανημένον, ὅθεν ὀρειάλητον. Κ.

25, 13. ἸΑΦΙΜΙΑΣΧΑΛΟΙ: χιτῶνες οἱ ἐκατέρωθεν ἔχοντες χειρῖδας. ἦσαν δὲ κυρίως οἱ τῶν ἐλευθέρων, ἑτερομάσχαλοι δὲ οἱ τῶν οἰκετῶν. Κ.

26, 11. ἸΑΜΒΑΤΩΤΤΕΙΝ: ἸΑττικῶς τὸ μὴ σφόδρα ὄραν. γράφεται δὲ κοινῶς ἀμβλυοπεῖν, ὡς Μένανδρος “ ἀμβλυοπόντων ἀνδρῶν.” Κ.

41, 3. ἸΑΝΤΙΚΡΗΣ: ἀντὶ τοῦ φανεροῦς. Δημοσθένης “ καὶ Ἰαντικρὺς ἦν τοῖς ὁμοφύλοις ἔχθρὸς.” παρὰ δὲ ἸΑλεξάνδρῳ καὶ χωρὶς τοῦ ὁ εἶρηται “ Ἰαντικρὺ δ’ ἀπόφημι.” ποιητικὸν δὲ τὸ γὰρ χωρὶς τοῦ ὁ τοπικόν ἐστιν. Κ.

41, 3. ἸΑΝΑΚΩΣ: ἀντὶ τοῦ ἀσφαλῶς παρὰ Πλάτωνι τῷ κωμικῷ “ καὶ τὰς θύρας Ἰανακῶς ἔχει.” Κ.

41, 3. ἸΑΝΑΛΕΓΟΝΤΕΣ: ἀντὶ τοῦ ἀπαγορεύοντες παρὰ Θουκυδίδῃ. Κ.

41, 14. ἸΑΝΤΙΠΕΛΑΡΓΕΪΝ καὶ ἸΑΝΤΙΠΕΛΑΡΓΩΣΙΣ: ἐπὶ τῶν ἐπισταμένῳ χάριν ὑφ’ ὧν εὖ ἔπαθον καὶ ἀντιδιδόντων, διὰ τὴν τῶν πελαργῶν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας γεγηρακότας ἀντίδοσιν τῆς γεννήσεως αὐτῶν καὶ ἀνατροφῆς. Κ.

41, 14. ἸΑΝΤΡΩΝΕΙΟΣ ὄνομα: παρὰ Φερεκράτη (ΣΟΓΓ. Φερεκράτει)· ἔστι δὲ παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν μεγάλων μὲν ὄντων, ἀνοήτων δέ. Κ.

42, 5. ἸΑΝΙΟΣ φαμεν λόγου καὶ ἄξιος ἐπαίνου. ἦδη δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἔκκριτον καὶ λυσιτελεῖς ἄξιον ἸΑττικοὶ λέγουσιν. οἷον τὸ ἄξιον ἐπριάμην. Κ.

42, 17. ἸΑΠΟΝΤΙΧΙΖΕΙΝ: τὸ ἀφαιρεῖν τὰς ὑπεραυξήσεις τῶν ὀνύχων παρὰ Μένανδρῳ. δίχα δὲ τῆς προθέσεως τὸ λεπτολογεῖσθαι σημαίνει, ὃ καὶ μετὰ τῆς ἕξ λέγεται ἐξονυχίζειν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τερθρείααν λέγουσιν. Κ.

53, 3. ἸΑΠΕΛΕΪΘΕΡΟΣ: ὁ δοῦλος ὢν, εἴτα ἀπολυθεὶς τῆς δουλείας, ὡς καὶ παρ’ Αἰσχίνῃ. ἐξελεύθερος δὲ ὁ διὰ τινὰ αἰτίαν δοῦλος γεγὼώς, εἴτα ἀπολυθεὶς. ἔστι δ’ ὅτε καὶ οὐ διαφέρουσιν. Κ.

60, 2. ἸΑΡΤΒΑΛΩΝ ἐστὶν εἶδος ποτηρίου στενοστόμου. Κ.

60, 2. ἸΑΝΑΒΙΩΝ: ἀντὶ τοῦ ἀναβιώσας. Πλάτων Σκευαῖς “ ἀναβιῶν ἐκ τῆς νόσου” καὶ ἸΑριστοφάνης. Κ.

60, 2. ἸΑΝΑΛΓΗΣ: ὁ μὴ ἀλγῶν, ἀνάλγητος δὲ ὁ μὴ τοῦ προσή-

κοντος ἐπιστρεφόμενος, ὡς παρ' Αἰσχίνῃ “ οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀνάληγτοι ἦσαν ὥστε καὶ κολάζειν ἅπαντας.” καὶ ἀναληγῆτως παρὰ τῶ αὐτῶ. Κ.

60, 2. ἈΝΑΚΟΥΓΤΑΪΣΑΣΘΑΙ: ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ βίβη λεγομένου ἀναγαργαρίσασθαι. Εὐπολις ἐν Φίλοις. Κ.

60, 2. ἈΝΑΜΦΙΒΛΕΚΤΩΣ Ξενοφῶν, ἈΝΑΜΦΙΒΟΛΩΣ Θουκυδίδης. Κ.

60, 15. ἈΡΡΙΚΟΣ: ἰκοφίνος πυκνός, εἰς δὲ ἐτρίγων. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Ὀρμισι τὴν διαφορὰν τοῦ ἀρρίχου καὶ κοφίνου φησὶν “ ἀλλ' ὡς τάχιστα τοὺς ἀρρίχους καὶ τοὺς κοφίνους ἅπαντας ἐμπίπλη πτερῶν.” Κ.

60, 15. ἈΡΓΟΣ: ἐπὶ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ Ἀττικῶς· καὶ ὁ κωμικὸς “ ἀργοὶ κἀθηνταὶ μοι γυναῖκες τέτταρες.” καὶ Σοφοκλῆς “ γλῶτταν μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν.” γράφεται δὲ καὶ ἀργῆ κοινῶς. Κ.

62, 10. ἈΣΚΪΑΙΑ: ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἐν ἣ ἤλλοντο τοὺς ἀσκούς εἰς τιμὴν τοῦ Διούσου. καὶ ἀσκωλιάζειν κυρίως τὸ ἐπὶ τὸν ἀσκὸν ἄλλεσθαι. ἐν μέσῳ γὰρ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὶ πεφουσημένοι, εἰς οὓς ἀναλλόμενοι ἐνωλίσθαινον (ἐναλλόμενοι ὠλίσθαινον schol. Arist. Pl. I 129.), ὡς Εὐβουλος “ καὶ πρὸς γε τοῦτο (τούτοις schol. Arist.) ἀσκὸν εἰς μέσον καταθέντες εἰσάλλεσθε κἀκχέζετε (καὶ καγχάζετε schol. Arist., quod καὶ καγχάζετε scribendum erat) ἐπὶ τοῖς καταρρέουσιν.” οὕτω καὶ Δίδυμος. ἀσκωλιάζειν καὶ τὸ ἐπὶ ἐνὸς ποδὸς ἄλλεσθαι. Κ.

70, 9. ἈΧΡΑΝΤΟΝ: ἄψανστον, ἀμόλυντον. κυρίως οὗ χεῖρ οὐχ ἦψατο. L.

70, 9. ἈΧΩΡ: τὸ πιτυρῶδες τῆς κεφαλῆς, παρὰ τὸ ἀχρη ἀχνῶρ καὶ ἐκβολῆ τοῦ ἠ ἀχῶρ. L.

70, 8. ΒΑΛΑΝΕΪΟΝ: μέρος τι τοῦ λουτροῦ, ἵνα τὸ πῦρ ἄπτεται. ἀνόμαστο δὲ οὕτως διὰ τὸ τὰ τῶν βαλάνων κελύφη καίειν, ὡς εἶναι τὸν ἀέρα τοῖς σώμασι τῶν ἀνθρώπων ὠφελοῦντα. ἀπὸ μέρους δὲ ἐκλήθη καὶ τὸ πᾶν βαλανεῖον, ὥσπερ καὶ ἐστία ἀπὸ μέρους τῆς οικίας, ἐνθα τὸ πῦρ ἄπτεται. Κ.

77, 1. ΓΑΛΕΩΤΗΣ: ζῶν ἐστὶ. καὶ τινὲς μὲν φασὶν ἐν τοῖς ὄφεισι εἶναι, τινὲς δὲ τὸν μῦν οὕτως ὀνομάζουσι. καὶ τοῦ μὲν ἐνὸς μάρτυς Αἰλιανὸς λέγει “ τὸ γῆρας ὁ γαλεώτης φθονῶν, ὡς τοῖς ἐπιληπτικοῖς χρήσιμον, ἀποκρύπτει.” (Simile quid legitur apud Ælian. N. A. 3, 17.) γῆρας οὖν εἰπὼν, ἔοικε κατὰ τοὺς ὄφεις εἶναι τὸ ζῶον ἐπὶ γὰρ τούτων φαμὲν γῆρας τὴν λεβηρίδα. τοῦ δευτέρου μάο-

της 'Αριστοφάνης' (Proverbium τυφλότερος λεβηρίδος memorant grammatici ab me indicati ad fragm. 102. p. 558. ed. Oxon.) K.

256, 2. ΠΡΟΛΩΝΕΣ εἰσι λόγοι οἱ προευτρεπίζοντες ἡμῖν τῶν δικαστῶν τὴν ἀκοήν ἄγων γὰρ ἡ κρίσις. B.C.

N. Bibliothecæ Darmstadinæ, liber chartaceus seculi quinti decimi, cujus lectiones ex schedis F. X. Werferi editæ sunt in Actis Philologorum Monacensium vol. 3. p. 237—270. Est negligentissime scriptus et locis innumeris defectus, nec quidquam auctoritati ejus accedit eo quod veram scripturam interdum solus præbuit, velut p. 26, 8, γοῦν pro οῦν. 51, 15. ἀποτιμώμενα pro ἀποτιμούμενα. 71, 5. ἀναγραφέντα pro ἀναγραφομένων. 78, 12. συγγενεῖς τοὺς γεννήτας fortasse recte pro τοὺς συγγενεῖς γεννήτας. 112, 1. ἔμβραχυν pro ἐν βραχεῖ. 141, 7. φησὶν ὅτι pro ὡς ὅτι. 152, 8. προσέσθαι pro προέσθαι. 200, 3. καταφθαρεῖς pro καταφθαρεῖσθε. 268, 4. ταύταις pro ταύτης. Nam sunt hæc omnia ejusmodi ut non ex antiquioribus libris derivata, sed ab librario correctæ esse pateat, quod clarissime ostendunt alia quæ successu minus quam illa felici emendare conatus est corrector, velut p. 28, 16. ubi quum λαβόντος pro λαχόντος scriptum esset, θανόντος superscripsit. 32, 2. θεωρήματα posuit pro θεώρετρα. 112, 5. ἐν ποσὶ in margine pro ἐμπεσόντας. 224, 13. in margine Ὀχετος δῆμος τῆς Λεοντίδος, glossa absurdissime ficta ex verbis Harpocratonis p. 231, 5. μνημονεύουσι δὲ καὶ τούτων (τῶν Παιονιδῶν) οἱ ῥήτορες, ὥσπερ καὶ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου περὶ τοῦ ὀχετοῦ. δῆμος δὲ ἐστὶν οὗτος τῆς Λεοντίδος. 263, 7. γενομένη, pro γραφομένη, quod corruptum ex ἀγομένη: unde suspecta fiunt nonnulla, quæ per se non reprehendenda forent, velut quæ sub v. Ἐκατόμνωσ habet, de quibus dixi ad p. 106, 6. aut p. 128, 3. παρὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν et p. 136, 1. καὶ ποταμόν. Ex Epitome sumta videntur p. 112, 8. ὁ τοῖς δυστυχούσιν pro ὅπερ στοιχοῦσιν, p. 211, 2. ἐν τοῖς Ἀττικιανοῖς pro ἐπὶ τοῖς Ἀ.

Denique libro quodam Federici Morelli (O.) usus est

Maussacus alioque, quem tamen raro memorat, Vaticano^a, ex neutro quidquam boni afferens de quo nunc non constet certiore aliorum librorum fide.

Nulli eorum quos adhuc memoravimus codicum prorsus similes sunt quorum Dobræus aliique interdum mentionem fecerunt, ego amplioribus excerptis usus sum, ab C. B. Scotto, Collegii SS. Trinitatis socio, viro eruditissimo, benevole mecum communicatis, Cantabrigienses duo (P. et Q.), chartacei seculi quarti decimi formæ quadratæ minoris. Eorum P., qui altero est paulo antiquior, in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis servatur, notatus O. I. 5. In eo glossæ plurimæ vel mutilatæ vel totæ omissæ sunt, paucis tantum in margine partim ab ipso librario partim ab alia manu suppletis. Ab tertia quadam manu in fine adjecta sunt Photii non nominati Excerpta ex Helladii Be-santinoi *Χρηστομαθείαις* ex illius Bibliotheca p. 529. ed. Bekk., non tamen integra nullaque cum memorabili scripturæ diversitate. Alter codex (Q.) est Bibliothecæ Academicæ (Dd.4.63.) eodem fere ambitu : nam foliis constat 53. ab librario scriptus festinante, qui sæpe vel verba singula vel totos versus omisit. In margine ab alia manu accessit alius Lexici rhetorici fragmentum flavescente atramento scriptum et locis non paucis lectu difficile, quod plurima continet scitu digna scriptorumque veterum fragmenta aliunde non cognita. Hoc fragmentum, quod Dobræus ex codice accuratissime descripsit, bis editum est Cantabrigiæ, primum in Appendice ad Photii Porsoniani editionem a. 1822. p. 663—674, deinde separatim post mortem Dobræi a. 1834., in qua editione annotationes nonnullæ accesserunt ex schedis Dobræi ab Scholefieldo edi-

^a De his libris sic scribit Maussacus in Præfatione " Usi sumus codice manuscripto, cujus nobis copiam fecit Federicus Morellus, et excuso altero, a Bongarsio dum per Hanoviam transiremus commutato, in quo manu Pythæi variæ lectiones ex codice Vaticano descriptæ erant quantum colligere potuimus, et collata quædam cum Suidæ verbis, quæ ex hoc auctore desumta sunt."

tæ, eodemque anno Halis Saxonum ab M. H. E. Meiero (*Fragmentum Lexici rhetorici post Dobreum emendatius edidit et adnotatione illustravit M. H. E. Meierus.*) Prima hujus fragmenti notitia Tyloro debetur, qui in annotationibus ad Demosthenem et Lysiam excerpta quædam ex eo dedit, in quibus "*Harpocratonis articulos ineditos*" agnoscere sibi videbatur, ut loquitur in Lectionibus Lysiacis p. 298. ed. Reisk., licet manifestum sit fragmenta illa esse Lexici ab genere Harpocratoneo valde diversi, de quo dixit Meierus p. iv.

Inter libros typis impressos princeps Harpocratonis editio est Aldina a. 1503. adjecta Ulpiani qui dicitur scholiis in Demosthenem, minus accurate repetita a. 1527. Hanc editionem, de qua Aldus in Epistola ad Danielem Clarium Parmensem scholiis præfixa ne verbum quidem dixit, ex codice factam esse non constat quo, sed qui similis fuerit Angelicano A. supra dicebam. Non satis tamen habuit Aldus codicis sui textum exprimere, sed manifesto correctoris quoque opera usus est, qui codicis scripturam passim corrigeret, quod is ita fecit ut leviora quidem vitia multa recte tolleret, alia vero plura corrigendo depravaret. Eidem deberi conjicimus quæ ex Suidæ Lexico glossis Harpocratonis non paucis illata reperiuntur in editione Aldina, quibus corrector ille eandem quam Marcus Musurus, quum scholia in Aristophanem similiter interpolaret, judicii perversitatem prodidit. Nam quemadmodum Musurus, de quo dixi in Præfatione ad scholia in Aristophanem vol. I. p. viii., neglectis quæ ex Suida peti poterant scholiorum illorum vel emendationibus vel supplementis plurimis, ea fere intulit quæ ab scholiastarum veterum et ætate et ratione aliena essent, ita Harpocratonis quoque interpolator neglectis ubique fere Suidæ ex Epitome Harpocratonis excerptis, ex quibus multa codicis sui vitia corrigere et ommissa supplere poterat, ad aliena aberravit, ut videre licet in annotationibus nostris ad v. Ἀεισιτώ. Ἀθειώρητος. Αἰγείων. Αἰγίδας. Ἀπό-

μισθοι. Ἀποπεφασμένον. Ἀποτροπᾶς. Αὐθέντης. Ἀφ' ἑστίας. Βασιλικὴ διαδρομή (ex Suida Epitomes verba repetente). Βάταλος. Βολεῶνες. Δαιδάλου ποιήματα. Διεσκαριφησάμεθα. Ἐπίσκοπος. Ἐπιτροπή. Ἐπωβελία. Ἐρμίας. Ἐρυθραῖοι. Θεοδοσίαν. Ὅτι οἱ ἄλόντες. Πόριος. Προναία. Προπεωκότες. Πρυτάνεις. Πώμαλα. Σινώπη. Σιτοφύλακες. Τριακᾶς. Τρικέφαλος. Φάσκωλον. Φελλέα. Φυλή. Χολαργεύς. inter quæ exempla tres sunt loci Polybii (s. v. Ἐπιτροπή. Προπεωκότες, Πρυτάνεις), unus adeo Agathiæ (s. v. Φάσκωλον), qui scriptor aliquot post Harpocratonem seculis vixit. Semel etiam ex Athenæo Harpocratonem interpolavit s. v. Ναῖς. Qualia omnia ut correctori Aldino potius quam codici quo usus sit interpolato imputanda esse censeamus constans codicum qui adhuc inspecti sunt in omitendis istis additamentis consensus facit, omninoque in codicibus Harpocratonis, ut Epitomes comparatio docet, omittendo multo frequentius quam addendo peccatum est. Ex Suida quod Harpocratonem illatum videri possit nihil deprehendi, nisi quod in deteriore codicum classe et editione Aldina duæ illius glossæ Ἰωνία et Ἰωνικῶς post voc. Ἴων sunt insertæ, quibus carent liber Anglicanus (A.) codicesque Epitomes, et quod Maussacus s. v. ἐπιγραφῆας ex codice Morelli verba quædam inseruit quæ non Harpocratonis, sed Suidæ sunt.

Post Lexici integri editionem Aldus Manutius excerpta ex glossis Harpocratonis quæ ad Isocratem spectarent hujus oratoris editionibus a. 1513. et 1534. adjunxit sic inscripta, Ἐκλογή Ἀρποκρατίωνος καὶ Σουίδα περὶ τῶν παρ' Ἰσοκράτει λέξεων, quæ aliquoties repetita sunt in aliis Isocratis editionibus et Henrici Stephani annotationibus illustrata in Diatribe Isocratea, quam editioni suæ a. 1593. factæ adjecit.

Proximus post Aldum editor Ph. Jac. Maussacus fuit, senator Tolosanus, multiplici sed indigesta vir doctrina neque artis criticæ pro illorum quidem temporum ratione imperitus, qui Harpocratonem amplis instructum annota-

tionibus et Dissertatione de hoc aliorumque grammaticorum Lexicis Parisiis edidit a. 1614. typis Claudii Morelli. Is etsi editionis Aldinæ vitia multa vel ex duobus quos supra memorabam codicibus vel suopte ingenio correxit, non pauciora tamen temerariis mutationibus depravavit. Aliquanto utilior Henrici Valesii, viri ingenio doctrinaque eximii, opera fuit, qui licet novam quam meditatus erat editionem non perfecit, multa tamen ad Harpocratonis glossas vel emendandas vel explicandas utilia contulit annotationibus quas ex schedis ejus in Bibliotheca Gulielmi Prousteau, antecessoris Aurelianensis, servatis Jacobus Gronovius Lugduni Batavorum edidit a. 1682. Idem Gronovius quattuordecim annis post Harpocratonis Lexicon ibidem edidit. Cujus editionis quæ circumferuntur exemplaria duplicis generis sunt: alia enim continent Lexicon Harpocratonis cum solis annotationibus Gronovii Stephanique Diatribe Isocratea, sic inscripta *Valerii Harpocratonis de vocibus liber cum notis et observationibus Jacobi Gronovii. Accedit Diatribe H. Stephani ad locos Isocrateos*; alia Valesii annotationes, quarum exemplaria tum nondum videntur divendita fuisse, adjunctas habent, ultimis tituli verbis hunc in modum auctis, *Accedunt D. H. St. ad l. I., item Notæ et Animadversiones Henr. Valesii*. Loquaces ipsius Gronovii annotationes præter excerpta ex codicibus Florentinis duobus, de quibus supra dixi, et marginibus exemplaris Aldini Gæsiani^b, cui virorum quo-

^b De hoc alioque exemplari hæc scripsit Gronovius in Præfatione, "In sermonem veniens cum senatore consultissimo et eruditissimo "Wilhelmo Gæsio de ludicris nostris—colloquio nostro etiam ad Harpocratonem delato, nactus fui statim ex copiosis, ut certe erant, "scriniis ejus, cimelium profecto omni cura et veneratione adspiciendum, editionem videlicet Aldinam hujus libelli anni 1527. a me, ut "decebat, osculo religioso exceptam, quippe tot manibus eruditissimorum hominum tractatam. Præferebat enim primo dominium Xylandri "1565 Kal. Novemb. deinde Fabri, qui Sylburgio donum dederat, ut "Xylandri nomine publicaret: inde venit in jus Marquardi Freheri, qui "Danieli Heinsio eam miserat, isque benevolentia ergo transcripsit

rundam doctorum annotationes allitæ erant, perpauca continent quorum vel tunc aliquis esse usus potuerit vel hodie esse possit, non alio, ut videtur, consilio scriptæ quam ut errores exagitaret Nicolai Blancardi, qui Harpocratonem cum interpretatione Latina parum perite facta et Maussaci Valesiique annotationibus Lugduni Batavorum ediderat a. 1683. In qua editione pusilla quædam Aldi Maussacique editionum vitia correctæ, alia plurima vero incredibili temeritate interpolata glossæque eum fere in ordinem alphabeticum, quo hodierni Lexicorum conditores uti solent, redactæ sunt contra morem grammaticorum Græcorum, de quo doctissima exstat Fr. Ritschelii disputatio in Prolegomenis ad Thomam Magistrum, ubi parem Blancardi temeritatem in Thomæ Ecloga alphabeticum in ordinem redacta perstrinxit, notatam etiam ab Valckenario in Præfatione ad Ammonium. Ego, ut par erat, Blancardi ineptias nullo usquam verbo dignas habui, quod meminisse lectores oportet si a viris doctis, quibus Blancardi interpolationes sæpe et olim et nostra memoria

“ Jano Rutgersio, quem juvenem vocat doctissimum et ornatissimum, atque ita rursus per hereditatem facta Dan. Heinsii venerat jure cessionis in manum summi, et mihi semper honorandi viri. His adorandis manibus quum niteretur vestibulum, etiam per omnes paginas continebat earundem signa, quorum nonnulla hic exsignata invenies, quum ipse codex, ut intellexi, postea in causam furti incidere, nec ubi lateat, etiamnum sciam.”

“ Nuper etiam alterum istius Aldinæ editionis exemplar venale hic fuit, quod in prima pagina præferebat nomen Jacobi Gruteri, in ipsa indicis pagina illud solemne *τὸν εἰς τοῦ*. Ad Harpocratonis initium adscripta erant, *Præter ea quæ hic præstiti ipse, e libro Illustris Scæligeri multa supplevi, cui Reverendus Theodorus Beza e codice in Italia MS. quædam a se descripta subministrarat.* Ex hoc fuit mihi volupe videre lectiones nonnullas, quas produxi, stabilitas concordia illius cujuscunque codicis ab Beza in Italia visi: sed quum id sero demum contigerit, non potuit notis meis intervenire, et aliquid in ornamentum addere. Quanquam ea venia huic tempori, quod me et hunc laborem morbis rupit ac fatigavit, spero, dabitur, ut per hæc quoque videar industriam satis bene posuisse.”

fraudi fuerunt, ea ex Harpocrate interdum allata videntur quorum nullum in nostra editione vestigium cernitur.

Proximo post Gronovium seculo nonnihil operæ in Harpocrate posuit Hemsterhusius, cujus annotationes ab I. Geelio editæ in *Anecdotis Hemsterhusii* vol. i. p. 221.—268. etsi parum elaboratæ sunt, multa tamen continent docte observata. Idem fere de brevioribus Jo. Toupii et P. P. Dobræi annotationibus dicendum est, quarum illæ Emendationibus in Suidam sunt adjectæ, hæ in *Adversariis* leguntur quæ J. Scholefieldus Cantabrigiæ edidit a. 1831. vol. i. p. 584.—589. Breves Jo. Pearsoni annotationes leguntur in *Appendice ad Adversaria Hesychiana* p. 854.—860.; Jo. F. Schleusneri in *Friedemanni Miscellan.* vol. 2. p. 744.—753. Novam vero melioremque Lexici hujus editionem qui institueret nemo inventus est ante I. Bekkerum, qui Harpocratem vitiiis interpolationibusque plurimis liberatum Berolini edidit a. 1833. iis quæ supra memoravi librorum manuscriptorum subsidiis usus, Epitome vero minus constanter in usum vocata, de qua nunc est dicendum.

Epitomes pauci supersunt codices, sed multo quam operis integri meliores. Eorum antiquissimus est Palatinus (E.) Heidelbergæ Romam in Bibliothecam Vaticanam ablatum a. 1622, Roma Parisios a. 1797. cum aliis codicibus Vaticanis non paucis translatus, tandem a. 1815. Bibliothecæ Heidelbergensi redditus. Hoc libro primus usus est Jungermannus, quum annotationes ad Pollucis *Onomasticon* scriberet, in quibus sæpius de Harpocrate dicendi locus fuit. Parisiis eum contulit F. J. Bastius, qui nonnulla ex eo protulit in *Epistola critica* et in annotationibus ad *Gregorium Corinthium*, multo plura Gaisfordius in annotationibus ad Suidam. Quinque tantum primas literas (usque ad *v. ἐξαρτάσθαι*) contulit Bekkerus, ego universam lectionis varietatem edidi. Liber est membranaceus seculi, ut videtur, decimi tertii foliis constans 566. formæ maximæ, quorum 1.—52. Harpocratem Epitomen continent, 53.—224. Pollucis Ono-

masticon, reliqua Oribasii medicarum collectionum libros viginti quattuor.

Libro Palatino adeo omni ex parte similis est ut descriptus ex ipso videatur T. sive Leidensis Bibliothecæ Academicæ (xviii. 33. E. in Geelii Catalogo p. 48.), cujus usum liberalissime mihi concessit Jacobus Geelius, vir amicissimus. Codex est chartaceus seculi quinti decimi, manu eleganti scriptus, foliis constans 55. formæ maximæ, amissis duobus, ut videtur, in fine foliis: nam desinit in verba ἐν τῇ ὀρφέως φυσικῇ ὀνομάζεσθαι τοὺς τριτοπάτορας, quæ leguntur s. v. Τριτοπάτορες. Fuit Collegii Parisini Societatis Jesu, quod notatum a manu multo recentiore in folio primo “*Coll. Paris societ^{is} Jesu.*” Tum sequitur inscriptio “*Βίβλος ῥητορικῆ: Rhetoricus Liber: Livre en Rhetorique.*” Porro “*τῶν δέκα ῥητόρων ῥητορικαὶ λέξεις, ὑπὲρ Ἄρποκρατίωνος γραμματικῆ συλλεγεῖσαι: Decem Rhetorum seu Oratorum oratoricæ dictiones pro Harpocracione Grammatico collectæ.*” Denique in ima pagina Ἀναγνωστοῦ ὄντος Κλαυδίου τοῦ Ναυλώτου Κοιλαδέως, ἀφογ: (1573.)” Quæ paullo plenius repetuntur in folio ultimo “*Ἀνέγνωκε τὸ βιβλίον τοῦτο Κλαύδιος ὁ Ναυλωτός Κοιλαδεὺς Ἀναλλωνναῖος, ἐκ τῆς τῶν Αἰδούων διοικήσεως, ἔτει τοῦ Χριστοῦ ἀφογ: Hunc legens agnouit Librum Claudius Nautilus Vallensis Auallonæus ex Hæduorum Diœcesi, Anno Christi (1573°.) Claude Naulot Du Val Auallonnois, et du diocese d’Austun ha leii et recognu ce liure en l’An de nostre Seigneur Jesus-Christ (1573.) ὅθεν καὶ τῇ θεῷ χάρις τε καὶ δόξα.*” Postea codex in Bibliothecam G. Meermannii (v. Catal. Bibl. Meerm. MSS. p. 48. n. 304.) ex eaque in Leidensem Academicam pervenit. Ex simili libro derivata sunt quæ in codice Barocciano 50. (Z.) leguntur brevia ex Epitome excerpta, quæ Cramerus edidit in Anecdotis Oxoniensibus vol. 2. p. 488—500.

Duobus, si non pluribus, ejusdem cum Palatino familiæ codicibus usi sunt Photius et Suidas, qui Harpocracionis Epitomen tantum non totam in Lexica sua transtulerunt,

Photius seculo nono, Suidas duobus fere, ut videtur, post Photium seculis. Photium autem et Suidam quum dicimus, et hoc loco et in annotationibus nostris textum horum Lexicorum intelligimus non qualem editores conformarunt, sed qualis exstat Photii in codice Galeano Cantabrigiensi unico, qui amissis foliis pluribus defectus est, Suidæ in codice Parisino A. potissimum, cujus ope innumerabiles priorum editionum interpolationes removit Gaisfordius, quarum non fuit operæ pretium in annotationibus nostris repeti memoriam.

Eadem fere aliorum quorundam grammaticorum ratio est, Photio et Suidæ ætate vel supparium vel recentiorum, qui ipsi quoque excerpta ex Harpocracione qualia in Epitome Palatina leguntur Lexicis suis passim inseruerunt, [ex quo genere sunt scriptor *Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων*^c, cujus literam A. ex codice Segueriano (ab nobis sigla “*Seg.*” notato) edidit Bekkerus in Anecdotis p. 321—476. (omissis reliquis, quæ nihil nisi tenuia ex hoc Lexico olim integriore excerpta continent, postmodum a Bachmanno edita in Anecdotorum volumine primo), auctor Etymologici Magni, et qui rursus hos grammaticos exscripsit Favorinus. In tot igitur grammaticorum cum Epitome Palatina consensu quo certius videbatur genuinam hanc esse Epitomes formam, tanto magis inexpectatum accidit quod valde incertam hanc opinionem esse apparuit excusso codice D., id est Parisino 2552., quo ego post Bekkerum a Fr. Duebnero denuo collato usus sum. Est hic codex, qui olim inter Colbertinos

^c Cum hac *Συναγωγῆ* multa communia habet Lexicon codicis Parisini 2653, cui a tertia manu index est præscriptus *Εὐδήμων ῥήτορος περὶ λέξεων ῥητορικῶν*, licet prima statim pagina Christianum Lexici auctorem prodant, totiusque farraginis ea sit compositio ut si qua in ea sint quæ Eudemo debeantur, ad excerpta quædam ex litera A. redire videantur. Nam ceterarum literarum eadem in hoc codice jejunitas est quæ in codice *Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων*. De Eudemo rhetore dixit Ritschelius in comment. de Oro et Orione p. 78. et in Prolegomenis ad Thomam Mag. p. lxxviii.

numeratus fuit 4898. chartaceus formæ quadratæ minoris, scriptus a. 1496., Harpocrati subjunctam habens συναγωγήν τῶν πρὸς διάφορον σημαινόμενον λέξεων κατὰ στοιχείον (i. e. excerpta ex Ammonii libro *περὶ διαφόρων λέξεων*), pluribus locis defectam, quod scriba ipse his verbis notavit οὐχ εὔρον ἐν τῷ ἀντιγράφῳ τὰ λείποντα στοιχεῖα ἦτοι τὸ ζ η θ ι κ. Tum σὺν θεῶ, inquit, ἐγὼ ἰλαρίων μοναχὸς ἔγραψα τοῦτο τὸ λεξικόν, καὶ ἐτελέσθη τοῦ ὀκτωβρίου τῆ ἕκτης ἡμέρας αὐγῶ. δόξα θεῶ. Hic codex etsi ejusdem atque Palatinus grammatici Epitomen continet, centenis tamen in locis discrepat ab illo, non solum in verbis singulis, sed etiam eo quod glossas non paucas vel minus quam Palatinus breviatas exhibet, vel omissas in libro Palatino servavit, vel servatas in Palatino omisit, vel, quod omnium maxime memorabile, additamentis auctas habet, in quibus plus uno in loco scriptorum veterum loci citantur: quæ omnia non aliunde illata, sed ex antiquioribus Harpocrati codicibus derivata esse tam manifestum est ut nullus de iis dubitationi locus sit, licet harum notationum nullum aut in operis integri codicibus quos novimus aut in Epitome Palatina grammaticisque paullo autem memoratis vestigium reperiatur, velut s. v. Ἀκινάκης, Ἀνάκρισις, Ἀνακτες, Γαληψός, Δεκατηλόγος. Manifestum est igitur codicem Parisinum, quamvis ætate longe inferior sit non solum codicibus ab Photio et Suida usurpatis, sed etiam Palatino, nihilominus aliquanto propius quam illos abesse ab genuina Epitomes conformatione, etsi ne ipse quidem Epitomen plane talem qualis ab auctore edita sit representare, sed ex antiquiore et integriore codice originem ducere videatur ab librariis iterum iterumque descripto non sine multis vel erroribus vel omissis, velut s. v. Ἀνάκρισις, Εἰσαγγελία, Ἐνη καὶ νέα et glossa longiore inprimis memorabili, omissa in codicibus operis integri, de voc. Τριτοπάτορες, quæ tota est servata in reliquis Epitomes libris, sed cujus pars plus quam dimidia desideratur in codice Parisino. Auget suspicionem quod in

Epitomes quibus hodie utimur exemplaribus cunctis, licet vel glossas integras vel supplementa glossarum plurima servaverint quæ ex codicibus Lexici integri evanuerunt^d, tamen glossæ plures desiderantur quæ in opere pleniore etiamnum reperiuntur nullasque interpolationis notas gerunt, ut parum verisimile sit eas aut non exstitisse in exemplaribus longe antiquioribus, quibus Epitomator usus est, aut sine ratione prætermittas ab eo esse^e. Verum hoc est ejusmodi ut non possit ad liquidum perduci nisi repertis antiquioribus integrioribusque codicibus. Interim ego consultissimum duxi lectiones Epitomes non cum scripturis operis plenioris permixtas, sed separatim exhibere medias positas inter textum et annotationes meas, et ita quidem ut ubi codices Epitomes quique duorum instar codicum sunt Photius et Suidas consentirent, scripturam exhiberem nullis apposis librorum notis, ubi vero inter se dissentirent, librorum notas adderem. Photii autem et Suidæ ut præ ceteris grammaticis rationem haberem, hæc mihi caussa fuit, quod soli grammaticorum hac Epitome constanter usi sunt verbaque ejus in univsum tam diligenter reddiderunt ut plerumque ab ea non dissentiant nisi minutis in rebus, in quibus sæpe non codicum suorum auctoritatem secuti esse, sed suo ipsorum arbitrio descivisse ab Epitome videntur verbis, dum in Lexica sua transferrent, leviter mutatis. Glossæ quibus nostri Epitomes libri careant, aut quas minus integras exhibeant, in codicibus quibus Photius et Suidas usi

^d Vide annotationes nostras s. v. 'Αδράστεια. 'Αϊδρις. Αιθαλίδα. 'Αλκίτας. 'Ανάγειν. 'Αξιώϊ. 'Απομάττων. 'Αποπεφασμίνον. 'Αποσάξαντα. 'Αρετή. 'Αφείς. Βόθυνος. Βολεώνες Δράκων. Δρομοκήρυκες. "Έθνος. 'Ελευσίαινα. 'Εξούλης. 'Επακτός ἄρκος. 'Εχίνος. Θεοδοσία. 'Ιππίας. Κολωνός. Παρουσία. Τί ἔστιν ἐν τοῖς etc. Τριακάς. Τριτοπάτωρες. Φάσκωλον. Φιλέψιος. Φιλοτησία. Φιμός. Χρυσοχοεῖν.

^e Vide annot. s. v. 'Αγνεύετε τὴν πόλιν. 'Ανδραποδιστής. 'Αντίπατρος. 'Αντιφών. 'Απίλλειν. 'Απόληξις. 'Απόλλων πατρός. 'Από μισθωμάτων. 'Αργυρίτις γῆ. 'Αργυρούσαι. 'Αργαῖος. 'Αριοβαρζάνης. 'Αρίστυλλα. 'Αφαρεύς. Διωμοσία. Δωριεύς. Εὐωνυμείς. Καὶ γὰρ τὸ μηδένα. Φιλίσκος.

sunt vix ullæ exstitisse videntur. Non exiguus vero glossarum numerus est aut ab utroque aut ab alterutro omissarum. Inter quas ut nonnullæ sint quæ ex Photii Suidæque Lexicis librariorum culpa exciderint, aliæ cur a grammaticis ipsis omissæ sint ratio probabilis reddi potest. Videntur enim Photius et Suidas si quas vocabulorum interpretationes aliunde excerptas Lexicis suis jam inseruissent, non ubique necessarium duxisse ut breviores illis adjungerent Epitomes Harpocratonis explanationes, de quibus sæpe eandem, sæpe etiam diversam utriusque grammatici sententiam fuisse apparet: unde factum ut alias glossas ab utroque, alias ab alterutro omissas esse videamus. Quo convellitur Porsoni et Dobræi (*Adversar.* vol. 1. p. 584.) opinio, qui Suidam nullo Epitomes codice ipsum esse usum, sed omnes Harpocratonis glossas ex Photii Lexico, cui tot alia accepta rettulit, transcripsisse putabant: quanquam non negamus fieri potuisse ut Suidas, quum Photii Lexicon ad manus haberet, non ubique operæ pretium duxerit Epitomes codicem inspicere, aut si quas glossas ab Photio prætermittas esse videret, ipse quoque præteriret. Verum ubi Suidas aut apposuit quæ Photius omisit, aut, quod sæpissime factum videmus, aliter quam Photius scripta exhibuit, nihil causæ est cur ea Suidam aliunde quam ex Epitome sumsisse credamus.

Reliquum est ut de vita et scriptis Harpocratonis dicatur, de quibus tantum scimus quantum paucis verbis his prodidit Suidas, Ἀρποκρατίων, ὁ Βαλέριος χρηματίας, ῥήτωρ Ἀλεξανδρεύς. Λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων. Ἀθηρῶν συναγωγῆν^f. Valerii prænomen, quod haud dubie clientelare

^f Λέξεις τῶν ὀ ῥητόρων. Ἀθηρῶν συναγωγῆν] Duorum operum inscriptiones in unam confudit Constantinus Lascaris in codice Matritensi 95. qui fol. 205—245. Harpocratonis Lexicon continet: de qua codicis parte sic scribit Iriartius in Catalogo p. 381. “ Fol. 205. Interjectis foliis prope duobus vacuis, Ἀρποκρατίωνος Ἀλεξανδρείως σοφιστοῦ συναγωγῆ τῶν ἀθηρῶν λέξεων τῶν δέκα ῥητόρων:—Harpocratonis, Alexandrini Sophistæ, floridarum Dictionum e decem Rhetoribus Collectio. Id opus

fuit, unius Suidæ fide nititur. Lexico quod superest in codicibus solum præscriptum est nomen Harpocratonis, et ne hoc quidem usquam apposuerunt qui Harpocratonis plurima debent Photius et Suidas aliique quos supra memoravi grammatici. De ætate qua vixerit Harpocratio conjecturam facere licet ex nominibus scriptorum quos plurimos citavit in Lexico, quorum novissimus est Athenæus Dipnosophistarum scriptor, cui etsi nusquam nominato Harpocratio pleraque eorum debet quæ de meretricibus deque poculorum nominibus tradidit. Athenæum autem imperante Commodò, id est exeunte seculo æræ nostræ secundo, vixisse ipsius testimonio (12. p. 537.) constat. Ejusdem igitur ætatis Harpocratio esse videtur. Inter ceteros quorum testimoniis usus est scriptores vix ulli esse videntur qui tempore inferiores fuerint Dionysio Halicarnassensi, Juba et Apollonide Nicæensi, quos sub Augusto quique Augusto anno æræ Christianæ quarto decimo in imperio successit, Tiberio, vixisse constat. Grammaticorum et rhetorum, qui proximo post Tiberium seculo, inprimis sub Hadriani imperio, vixerunt, nullam usquam mentionem fecit, quod non mirandum, quum rerum ab Harpocratonis tractatarum explicationem ex antiquioribus historiatarum et antiquitatum scriptoribus potius petendam fuisse pateat quam ex inferiorum temporum grammaticis rhetorumque disputationibus. Ad scripta Harpocratonis quod attinet, mittimus *Ἀθηρῶν συναγωγὴν*, cujus Florilegii quod argumentum aut qui ambitus fuerit sciri nequit, quum ab nemine memoratum sit præter Suidam, is autem præ-

“ initio mutilum incipit ab hisce verbis, *Ἀστυνόμος δέκα φησὶν ἀστυνόμος ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ*. fine vero integrum in hæc desinit, *ἦν τις ἀθήνησιν ἐρμῆς οὐτῶ καλούμενος ἐτιμᾶτο δὲ ἀθήνησι καὶ ψίθυρος ἀφροδίτη, καὶ ἔρωσ ψίθυρος*:—Quod ad interiora spectat, aliubi contractum, aliubi Dictionum ordine perversum videtur. Constantini autem Lascaris aliquot annotationibus scholiisque ad margines adscriptis non leviter commendatur: ejusdem quoque manu in extremo libro subscriptum † *Κωνσταντίνος ὁ λάσκαρις ἐγράψας ἐχρήτο αἰεὶ ὡς κητιδίῳ γραμματικῆς*:—”

ter inscriptionem libri nihil de eo prodiderit. Lexicoi in decem oratores, quo etiamnum utimur, manifestum est eo consilio ab Harpocrate institutum fuisse, quod in notio annotationum mearum significavi, ut vocabula notatu digna, quibus illi usi essent, explicaret, linguæ pariter atque historiæ, antiquitatum et juris Atticorum ratione habita, neque exclusa oratorum qui non essent recepti in canonem Alexandrinum mentione, quales sunt Aristogiton, Isocrates Apolloniata, Philinus et Pytheas, si quid conferre posse viderentur ad antiquiorum oratorum vocabula explananda^f. Cujusmodi Lexicon etsi non est ad eam normam exigendum qua hodie uti solemus, fatendum tamen est majorem esse singularum hujus operis partium inæqualitatem quam quæ auctori ipsi imputanda esse videatur. Nam quum vocabula plurima docte et interdum adeo copiose tractata sint, memoratis oratorum ex quibus glossæ sumtæ sunt locis, alia mira brevitate omissisque oratorum nominibus absolvuntur, etiam ubi addita esse maxime exspectes, velut s. v. Ἀβαρις, Αἰθιόπιον et Ἀντιάταις, ne quid de manifestis lacunis dicam, velut s. v. Δαιδάλου ποιήματα, de qua glossa nihil præter lemma superest, et in aliis glossis non paucis ubi operis olim integrioris vestigia in Epitome agnoscimus. Itaque magna suspicio est Lexicon hoc ab Harpocrate aliquanto quam nunc est amplius relictum ab aliis paulatim in formam redactum esse compendiosiorum, operis

^f Simillimum Juliani Lexicon memorat Photius Bibl. cod. 150. p. 99, 40. ἀνεγνώσθη λεξικὸν Ἰουλιανοῦ τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχείον. πολίστιχον δὲ καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον, καὶ τῶν τε παρ' Ἀθηναίους δικῶν ἐρμηνεύον τὰ ὀνόματα, καὶ εἶτι καθ' ἱστορίαν ἰδιάζουσαν αὐτοῖς οἱ ῥήτορες παρελήφασιν ἢ κατὰ τι πάτριον ἔθος ἀπεχρήσαντο. δῆλον δ' ὅτι εἰς τὰς τῶν ῥητορικῶν λόγων συναναγνώσεις τὰ μέγιστα ἢ πραγματεία συμβάλλον' ἄν. Julianum hunc non diversum esse ab eo, cui ut civi et familiari suo (συμπολίτῃ καὶ φίλῳ) Phrynichus Arabius, qui Marco et Commodo imperantibus floruit, quartum et octavum Apparatus sophistici librum inscripserit, probabiliter conjecit Meierus Comment. Andocid. 6. p. 59.

autem omni ex parte integri exemplaria mature periisse. Nam quæ hodie superest Epitome etsi in singulis sæpe vel emendatior vel plenior est quam amplioris operis codices, qui seculi quarti decimi tempora non superant, tamen in universum ipsa quoque secundum libros facta est multis jam modis breviatos. De ætate qua scripta sit Epitome tantum scimus, exstitisse eam Photii Patriarchæ temporibus, qui seculo nono exeunte Constantino- poli vixit: nam de Eudemo, grammatico haud dubie multo antiquiore, qui ipse quoque hac Epitome usus esse vulgo creditur, rem valde incertam esse supra ostendi. Ratio autem qua hæc Epitome est composita, ipsa quoque parum æquabilis est. Nam etsi auctor ejus hanc sibi legem in universum scripsit ut oratorum aliorumque scriptorum quos Harpocratio citasset sola nomina poneret, omissis librorum titulis verbisque auctorum, et multa quæ Harpocratio uberius exposuisset aut in brevius contraheret aut plane omitteret, toties tamen ab instituto suo descivit, etiam ubi desciscendi causa nulla erat, ut nihil certi consilii secutum eum esse pateat, etiam si primitiva Epitomes forma mutationes nonnullas experta sit, quarum suspicionem movent supplementa codici Parisino propria, de quibus supra exposui.

Impressa jam priore hujus Præfationis plagula ex Bibliotheca publica Hamburgensi ab Chr. Peterseno, viro eruditissimo, qui huic Bibliothecæ præfectus est, accepi schedas Andreæ Schotti, in quibus is codicem quandam Vaticanum, diversum ab eo de quo supra dixi p. iv., cum editione Aldina altera anni 1527. contulit, fortasse in usum Jungermanni, quod colligi potest ex verbis paginæ primæ extremæ adscriptis "*Gothofredo Jungermanno Francof. A. Schottus.*" Qui liber etsi meliori codicum classi annumerandus est et multa cum Angelicano A. communia ha-

bet, tamen ipse quoque confirmat quod in initio Præfationis de codicibus Harpocrations in univēsum dixi. De quo ut lectores ipsi iudicare possint, speciminis causa infra posui quæ ad viginti quinque paginas primas Schottus ex eo annotavit.

P. 3, 1. ἐπὶ τοῦ Ald.] ἀντὶ τοῦ Vat. 2. ὥσπερ "Ὀμηρος]
ὡς Ὀμηρος

4, 2. ἄλιμον σίνοις] ἀλιμουσίνοις

7, 1. Δείναρχος] δίναρχος

3. ἐπτοημένους] ἐσπουδακότας

7. καὶ ἐπίρρημα] ἐπίρρημα δέ

11. λήγων] ἀπολήγων

8, 3. ἀγυιάς] ἀγυιῆς

Στηριᾶς] στηριῆς

Μιλιᾶς] μι-

λιῆς

10. Ἐκαταίφ ἐν βήρῳ ἐλεγείων] ἐκαταίφ τῷ μιλησίφ ἐν

δευτέρῳ ἠρωελεγείων

11. Ἴφιγέροντι] ἰφιγέραντι

10, 1. Ἀδημονούσης : ἀπορούσης glossam ab Aldo omissam
habet Vat.

11, 8. ἀδρέστεια] ἀδρήστεια

12, 3. ἐν πολιτείᾳ, ὡς δὲ φιλόχορος] ἐν ἀθηναίων πολιτείᾳ ὡς
φιλόχωρος

13, 4. ἀεισετώ] αἰείεστο

5. ὥσπερ καὶ εὐεστὸν—καλεῖται]

ὥσπερ καὶ εὖ εὔτω—καλεῖται :—

14, 7. ὁ φυλέτης] ὁ φιλέτης

15, 1. Habet gl. ἀζήτητον, quæ est in Ald. prima, sed quæ
excidit in Ald. altera. τὸ ζήτησιν] ἀντὶ τοῦ ζήτησιν 7.

Ἄθμωνεὺς ἀθμωνία] ἀθμονεὺς ἄθμων ἀθμονία

φ. Αἰγείον τὸ τοῦ 9]

Αἰγέως μαντεῖον] αἰγείον. αἰγέως ἠρώων ἐν ἀθήναις.

16, 3. τὰ ἐκ τῶν στ. πλέγματα] τὰ τῶν στ. δίκτυα

8. Διο-

γένους] δημοσθένους

9. Ναυσίμαχον] καυσίμαχον

18, 4. ταῦτά γ' ἔχων] ταῦτ' ἔχων

12. Habet verba Δη-

μοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, sed post ξίφος.

21, 1. θεσσαλονική] θεσσαλονική

3. ἐν τῷ τρίτῳ] ἐν τῷ

ἕκτῳ

12. θετλὸς] θετταλός

22, 3. Δαιταλεῦσι δι. . . ἐν] δαιταλεῦσι διὰ ψιλοῦ ἐν

7. ἀλι-

μάσιοι] ἀλιμούσιοι

15. πρὸς πατρός] πρὸς μητρός

23, 2. τὸν δῆμος] τὸν δῆμον

5. Ἀθηνᾶς πρόξενον ποιησό-

μεθα] ἀθηναῖοι καὶ πρόξενον ἐποιησάμεθα

7. Δημοσθένην] δη-

- μοσθένης 8. Ἀλκιμαωνίδα] ἀλκιμαωνίδα 11. ἐξειληχό-
 τες] ἐξειληχότες
 24, 2. ἐκφερομένων] ἐμφερομένων 8. Κερκίονος] Κερκίονος
 25, 1. Ἀλωπεκαί] ἀλωπεκή 5. Κερσοβλέπτῃ] κερσοκλέπτῃ
 9. διήλεκται] διείλεκται 8. Ἀμαζόνος ἀφαιρέσεως] ἀμαζόνων
 ἀφαιρέσεως 14. Ἀνβρακία] ἀμβρακία

Ex reliqua operis parte hæc annotasse sufficiet :

- 40, 8. ὑπὸ γνωρίμου ἕως] ὑπὸ φιλέως
 44, 4. ἀποκεκλημένους] ἀποκεκλιμένους
 45, 14. ἀρνοῖτό τις μὴ ἔχειν ἀπογραφεῖς] ἀρνοῖτο μὴ ἔχειν ἀπο-
 γραφεῖς
 47, 9. τῶν νῦν] τῶν πενήκοντα
 48, 4. τὸν ἀνδριάντα τῷ πηλῷ καὶ τῷ πιτύρῳ τοὺς μυουμένους]
 τὸν ἀνδριάντα τῷ πηλῷ ἤλειφον γὰρ τῷ πηλῷ καὶ τῷ πιτύρῳ τοὺς
 μυουμένους
 49, 8. ἤγουν] ἡ ὡς
 50, 1. Habet ἀπομερίσαντες, quod om. Ald.
 51, 14. ἀποτιμησομένους] τιμησομένους
 54, 2. ἀλησίπων] ἀληπίσων
 71, 15. τοῖς ἐξῆς] τούτοις
 72, 2. ὑπὸ] ἐπὶ
 76, 2. Φιλόχορος] φιλοστέφανος
 85, 10. Δημάδου] δημέου
 90, 13. Habet verba τῷ διαπολιτεύεσθαι, quæ om. Ald.
 101, 6. Νικίδου] νικιδίμου
 110, 5. Habet ἐκτὸς, quod om. Ald.
 134, 15. ἐρμάς] ἐρμάν
 144, 15. ζητητής] ζητητάς
 153, 13. Consentit cum A.
 164, 14. “Ἰωνία χώρα etc. deest in Vaticano.” Sic Schottus,
 duas, ut videtur, glossas significans, Ἰωνία χώρα et Ἰωνικῶς.
 178, 10. κιττοφόρος ἔνιοι διὰ δύο σσ γράφουσι κισσοφόρος] κιτ-
 τοφόρος . . . ἔνιοι γράφουσι κισσοφόρον (Lacunas punctis indi-
 camus.)

- 197, 14. μαλακίζομεν] μαλακίόμεν
 9/ 223, β. ἦν . . . ἡλιόδωρος cum lacuna ut A.
 244, 13. ἀποθεν] ἄπωθεν
 248, 7. ἦγον] ἦ
 249, 6. κεχαλασμένα] κατακεχαλασμένα
 250, 1-3. πινάκια περὶ ὀνόματος εἶρηκε τὰ καθιέμενα ἀντὶ
 κλήρων τοῖς κληρουμένοις εἶναι ταῦτα χαλκᾶ ὡς ἐξῆς ὑποση-
 μαίνει ὁ ῥήτωρ. ἐν δὲ τοῖς φιλιππικοῖς etc.
 252, 9. ὁ πολέμαρχος εἰκότως προειρημένῳ λόγῳ ἐγ-
 γυῆσαι φησὶ πρὸς τῷ πολεμάρχῳ. ὁ γὰρ σάμιος
 273, 2. βαρυτόνοις] βαρυτόνοις
 292, 13. ἐν τῇ:—sine lacunæ indicio.
 309, 18. ψευδοκλησία] ψευδοκληστία.

Interpolationibus ab correctore Aldino ex Suida factis hic quoque codex liber est confirmatque quod de iis supra dixi p. xii.

ADDENDA.

P. 3, 1. et 8. Lemmata Ἄβιος et Ἀγασικλῆς recte abesse videntur ab libris plerisque omnibus. Nihil auctoritatis illis accedit ab Epitome, in qua apponi debuerunt oratione aliter conformata.

3, 8. Ἵπερ Εὐξενίππου] In oratione Ἵπερ Εὐξενίππου nuper a Babingtono edita col. 19. Ἀγασικλῆς δ' ὁ ἐκ Πειραιῶς ὄτι εἰς Ἀλιμουσίους ἐνεγράφη.

5, 7. Ἀντιφῶν ἐν τῷ β'] Verba ἀγρεύετε τὴν πόλιν leguntur quidem in oratione superstate p. 119, 10. ut in annotatione indicavi. Ea vero oratio non apparet quomodo sic citari potuerit "Ἀντιφῶν ἐν τῷ β'", quomodo Ἀληθείας potius libri citari solent.

7, 3. in annot. Epitome] *Lege* Ald. et Epitome.

11. annot. col. 1. lin. 15. Ταλαιῶ] *Corrige* Ταλαῶ.

14, 7. Δημότης jam ab Schleusnero correctum erat.

15. annot. col. 2. lin. 6. Κεκροπίδου] *Corrige* Κεκροπίδος.

17, 4. Αἰθίοπιον] Hoc utcunq̄ explicuit Ukert. in Actis Acad. Bav. class. philos.-philol. vol. 5. 1. p. 57. Sed corruptum haud dubie ex Αἰθόπιον, de quo v. Meinek. ad Steph. Byz. s. hoc v.

